1158 autem novo Boemie in adiutorium tota Boemie fremit iuventus.[1]
His itaque peractis rex Wl(adizlaus) tanto honore decoratus letus
cum suis in regalem civitatem Pragam revertitur et ad hoc
propositum, videlicet versus Mediolanum iter movendum, Boemie
Mai baronibus generalis curia Prage celebranda indicitur, in qua
dominus voluntatem suam, in propria persona ad obsidendum
o übergeschrieben P — Mediolanum se velle ire, omnibus ostendit.[2] Quod quidam nobiles
de senioribus Boemie audientes non bene hoc esse factum dicunt,
quod sine eorum consilio tale quid actum est et eum, cuius
hoc actum est consilio, vera dignum cruce referunt, hec om-
fol. 81 p. X — nia domno Danieli Pragensi episcopo, qui ex maxima parte
übergeschrieben P — huius rei fabricator extiterat, imponentes et in eum crude-
liter sevientes. Rex hoc eos domno episcopo eorum obicere
considerans: Nullius, inquid, consilio hoc domno imperatori
promisi, set sic eius honoribus mihi ab eo impensis pro-
pria voluntate respondeo. Qui me in hoc negotio iuvare inten-
dit, hunc honore debito et pecunia ad hec necessaria, ut
decet, exorno, qui vero negligit, mulierum ludis contentus
et ocio mea pace securus propria sedeat in domo. Hec a
á rege — rege suo Boemi audientes contra Mediolanum seviunt in
arma et maxime nobilium ad hoc ~~strenua~~ strennua fremit
iuventus.[1] In eorum cantibus et in eorum sermonibus
resonant P — Mediolani resonat obsessio, arma undique preparantur.

~~cf. Verg. Aen. 5, 555: Trinacriae mirata fremit Troiaeque iuventus.~~

1) Verg. Aen. 11, 453: arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuventus;

2) Simonsfeld 642. Über den ganzen Feldzug vgl. Zatschek, Böhmens Anteil an den Kämpfen Kaiser Friedrich I. in Italien, I.